as

amplam vocant. Et hec est arbor ~~maxima~~ tenerrimis mollibus foliis in altitudinem vitis maxime juxta aquam crescens in plateis. Beata Elyzabeth in caritate quam patula fuit et quam ampla et per virtutem compassionis circa infirmitates et necessitates pacientes quam tenerrima, satis declarant, que ad ejus sepulchrum fiunt miracula. Aque designant populos propter fluxum mortalitatis, unde est illud: Aque multe sunt populi multi. Ut autem juxta esse posset piis, qui tribulati sunt corde vel etiam corpore propter varias infirmitates, dominus illam posuit juxta aquam in plateis.

Quia venerabilis ac deo dilecta Elyzabeth propter deum se humiliavit in hoc mundo, deus illam post mortem exaltare dignatus est in celo et in mundo. Exaltavit illam sicut superius dictum est in celo magnitudine premiorum, exaltavit illam in mundo, sicut cotidie vidimus et audimus multitudine miraculorum. In celo specialius assimilari videtur cedro atque cypresso ob meritorum suorum immensitatem, olive nec non et

+ 9. dihss.

|e

|e

ob: Cypress9
in cypsso